

25. 281.
DE ORIGINE ET NATVRA
COMMVNIS SAXONVM MANVS

1770, 52.
9
ILL. I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

IOH. THEOPHILO SEGERO

LEGVM ET PHILOS. DOCT. SUPREMAE CVRIA
PROVINCIL ITEM COLLEGII QVOD DE IVRE
RESPONDET ASSESSORE TITVLOR. DE
V. S. ET R. I. ANTECESS. ORD

D. XXII. DEC. CID ID CC LXX

H. L. Q. C

D I S P U T A B I T

A V C T O R

HENRICVS THEODORVS KVNZEL
EPISCOPOVERDENS

L I P S I A E

E X O F F I C I N A V V A L T H E R I A

DE ORIGINE ET NATURA
COMMUNIS SAXONIÆ MANNÆ
HISTORIÆ ORIGINIS ACTORIATÆ

IOR THEOPHILIO SEEGERO

LIBRUM ET HISTORIAS DECT. SARTORIÆ CAVITATÆ
PRO ACADEMIA IMPERIALI MEDICOCHIRURGICO-AULICÆ
ACADEMIAE IMPERIALI MEDICOCHIRURGICO-AULICÆ
A FRANCISUS CASSIUS



HEINRICAS THOMODORVS KUNZET
HISTORIÆ

TIPLARIE

ET. SATRICINA. VALLATURIA.

EXCELLENTISSIMO
ATQVE ILLVSTRISSIMO DOMINO
DOMINO
HIERONYMO FRIDERICO
STAMMERO

CLIENTELARVM PRIETITZ, GROSHERMSDORF
ET HARTMANNSDORF

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIAE
PROMARCHIONI LVSATIAE SVPERIORIS
COMITI CONSISTORIANO ET CONSILIARIO
INTIMO INGENVAE ECCLESIAE CATHEDRALIS
MISENENSIS CANONICO CAPITVLARI

DOMINO INDVLGENTISSIMO
SACRVM

EXCELSITISSIMO
ATQVAE ULTRASTRISISSIMO DOMINO
DOMINO
HIERONYMO FREDERICO
STAMMERO
CLEMENTI AVNI PERILLIS, GROSHERWEDDENS
ET HARTMANNSDOERF
SERVITISSIMI AG. TOTENHAUFI LITVICUS
EPICTORIA SAXONIAE
PROWVINCIIONT DUXVIAE SALTIRE
COMITI CONSISTORIANO ET CONSTIUTVIO
INTIMO INGENUAE ECCLSVIE CATHEDRALIS
MISSENEARIE CANONICO CAPITULARI

DOMINO INHABITISSIMO

SACRAM

*Hic dies nobis: Metuenda quondam
Nox cedit, Musae, repetamus aras:
Cura STAMMERI columen potenti
Sustinet ausu.*

*Suauior ridet TIBI Phoebus ore,
Celsior virtus: monumenta seclis
Nouit Augustus, sibi quae dedisti,
Digna futuris.*

TE Lusatorum Rhodope feri que
Incolae Sueui venerantur alnum
Principem et tantas super Vrbe curas
Rite stupescunt.

Quem magis dicant TE operosorem
Iudicem nostrae Themidos labores,
Ipse qui Bardi patriae que calles
Iura tueri?

O! mibi salve, Decus inuidendum,
O! diu sospes facili fene&a
Adsis Augusti populis, mihi que
Nobile sidus.

Quod caeteris iuris scientiae partibus accidit, ut misera peregrini et domestici iuris mixtione deformarentur, id ipsum disciplina clientelaris magna cum prisci moris imminutione experita est. Nec longe respicienda sunt ea tempora, vbi iuris feodalis commentatores per litterarum Teutonicarum insciatiam in eo exponendo tam improbe laborabant, ut omnes fere beneficiarias caussas Romanarum legum auctoritate haud dubitanter deciderent. cf. ILL. REINHARD. de incongr. iur. R. ad feod. G. applicat.

Saxoniae tamen, dulcissimae patriae, debetur haec laus, quod magis sea semper, quam reliquae nationes, ab ista infructuosa et inelegante legum clientelarium commixtione abhoruerit. Adsum publica rerum monumenta, e quibus intelliges, eam omnium tenacissimam extitisse in conseruando et tuendo iure clientelari. Neque legitimus facile esse discessum a veteribus formulis, et si medio aevo more magis nitebantur quam lege. V. STR YK. de diff. iur. feud. Sax. a comm. iure feud. Dif. I. Atque hanc illa laudem ad Augustum usque, sapientissimum legislatorem, obtinuit, quem patrum ius beneficiarium nouissimus constitutionibus suis anno saeculi decimi quinti LXII. promulgatis quasi fundasse.

—————

Etiam si vero architectis earum legum media in patria natis veriori interdum opprobrio-peregrinitatem iuris scientiae, quam sermonis Liuio Patauno, obici audias, et parum absit, quin illorum ac seculi vitio sapientissimus Princeps tutelam iuris priuati Saxonici in quibusdam capitibus abdicasse videatur; euenit tamen, puto vassallorum magis quam scribarum cura, ut beneficiariae disciplinae constantia custodiretur diligentissime. Et quis, quaeso, est, non in hoc dicam populo, sed elegantiorum vsquam hominum apud exteros, qui nouas in Saxonia leges feodales a D. Augusti tempore sapientissime latae et ius Augusteum a Serenissimis Principibus nostris egregie auctum illustratum que ignoret? Videas ad hanc vsque aetatem veterem in nostra beneficis morem seruari. Nulla agnatorum successio: liberis illa et coiuictis tantum concessa.

Plane in ea re sequimur antiquitatis exemplum, ut quo hanc magis amem, quo magis studio Germanici iuris incendar, eo facilius morem gesserim meo genio in simultaneae nostrae inuestiture originibus explicandis. Non me latent SCHILTERI, KOCHII, BAYERI, BOEHMERI aliorum que Virorum illustrium curae huic argumento impensae. Sed datum iri iuueni veniam, qui aspersis animaduersiōnibus suis, longas aliorum disputationes breuiter repeatat, nullus dubito.

I.

Lex Corradi Salici I. F. I. §. 2. ut pleraequae in campis Roncalicis latae, data sit Italico tantum, an Germanico etiam populo, vehementer disceptatum est a doctoribus iuris feodalibus. Etsi enim, quod ex ipsis veterum monumentis patet, GUNDLINGIVS Gundl. P. III. c. I. §. VII. IX. SENKENBERGIVS Prodr. iur. f. c. IV. §. IV.

MASCO-

MASCOVIVS de iur. f. c. X. §. IV. BOEHMERVS
 de simul. inuest. eut. c. II. §. XLI. et illustre academiae
 nostrae ornamentum HOMMELIVS Oblect. iur. feod.
 Obs. XIV. §. II. tum propter testimoniūm vvi pponis in
 vita Corr. Sat. p. 430. ap. PISTORIUM, tum aliis argumen-
 tis grauissimis comprobauerunt, Corradinae legis benefi-
 cium etiam ad Germanos pertinuisse, fuere tamen, qui
 ab hac sententia prorsus abhorrerent. Quorum quidem
 plerosque, velut HORNIVM I. F. c. I. §. XXV. CON-
 RINGIVM de orig. iur. germ. c. XXV. et qui horum au-
 toritatem secutus est, virum post fata etiam celeberrimi-
 um IOH. GODOFR. BAVERVM de comm. Sax. manu
 ob neglect. renouat. amissa §. III. videoas disputationem sic in-
 stituisse, vt nec praesentibus Germaniae proceribus con-
 stitutionem istam in Roncaliae campis datam esse contendant,
 nec, cum proprio iure via sit, eo que in non
 paucis diuerso a Langobardorum consuetudinibus, vil-
 lam in Teutonica nobilitate ad peregrinacē legis beneficium
 amplectendum vel voluntatem vel necessitatem ag-
 noscant. Sed profecto nefcio, quid viros doctos in
 eam rationem induxit? Ostendat HORNIVS, Ger-
 maniae proceres, qui comitati essent Imperatorem, non
 interfuisse comitiis huius legis ferenda. Concedet
 omnibus Germanicae nobilitatis decoribus circumdatum
 fuisse Imperatorem et in Roncaliae campis, et in aliis
 conuentibus generalibus. V. IUS F. A. t. VIII. §. II. III.
 VET. AVCT. DE BENEF. et OTTO FRISINGENS, de
 reb. gesl. Frider. I. lib. I. c. XII.

Quod si, non nobilitatis iure, sed fidei clientelaris vin-
 culo eos iter fecisse Roncaliam afferat, primum hoc, et si
 ancipitis disputationis, ipsi dabimus, deinde, qui tum reli-
 qui in Germania fuerint proceres Corradi II. aetate, quos
 nulla clientelaris vinculi necessitudo ad expeditionem Ita-
 licam



licam faciendam coegerit, cuperemus ab HORNII de-sensoribus edoceri.

Fac tamen, relictos esse permultos; nam de paucis ipsi admodum non dubitamus; quomodo, quaeſo, iſtorum potuit intereſſe, de liberorum ſucessione in be-neſi ciis, quae ſine dubio non magis dabant, quam acce-perant, quibus denique, ſi dediſſent, cum vniue pri-uati arbitrii, non totius imperii res eſſet, legem Corra-dinam non ſcribi in promtu erat, ne quid iſtorum inſciu et non rogato ſuffragio statueretur? Dic, fodes, reges Germaniae, an inde ab Ottonis M. aetate inconſultis Teutonum proceribus per ſe potuerunt ſtatum Ita-lliae ordinare? Si nequiuerunt, quod hodie apud periſſimos iuriſ publici viros in confeſſo eſt, quis ferat no-bilitatem Germanicam in Roncaliae comitiis praefen-tem existimari, populo Italorum ſcilicet ut eſſet ſpe-ctaculo?

Nec CONRINGII argumentationi ſubſcribere po-ſum. Quod ſi noſtrum ius feodale a conſuetudinibus Langobardorum in non paucis tantum eſt diuersum; hac enim imprimis de cauſa videtur aduersarias partes tueri; cur eiusmodi diuerſitatem opido ſuſpicemur in exemplo hereditatis clientelaris? Certe non intelligo rationem, cum iſta iſpa commemoratione non paucarum cauſarum, quae alio apud Germanos, alio apud Italos iure re-gerentur, tacitam alterius generis professionem in ſe ha-beat, in quo utriusque huius populi leges inſtituta que conuenirent. Atquel eos multas e Roncalicis campis leges habuisse communes, ex iſpis tabulis iuriſ feodaliſ Lan-gobardici liquet. II. F. 54. 55. In vniuersum tenen-dum eſt, quod non vanis coniecturis aſsequimur, ſed certis atque idoneis argumentis comprobatum habe-mus, dupli Auguſtis confilio egisse in Roncaliis cam-pis

pis comitia, tum ut res Italicae componerentur, tum ut statum totius imperii ordinarent. Quapropter non miramur, multas de sola Italia in istis concionibus leges perlatas; nihil, quod ad principem imperii partem Germaniam, pertineret, statutum fuisse, negamus et pernegamus.

Quid vero? Si Corradi etiam constitutio Germanis prius, quam Langobardis, proposita fit? **KOPPIVS** certe *bif. iur. P. IV. ep. III.* laboravit ostendere, priusquam in Italiam proficisceretur Imperator, statim sub auspicio regni ab eo beneficium huius legis militi Germano tributum, deinde vero illius usuram anno demum saeculi decimi XXXVII. ad Langobardos esse perlata.

Sed non adeo velim rerum nostrarum imperitus haberi, ut hanc legem in Germania perpetuo atque in omnibus exemplis obtinuisse arbitrer. Certe post ipsius legislatoris tempora aliquando neglecta esse, nec tantum non in desuetudinem abiisse videtur. Nam et ipsi Imperatores eam non omnino obseruabant in feodis maioribus, ut facile concedendum sit, quod **BAVERVS L.e. f. V.** de Egberto Marchione commemorat, qui viuus ab Henrico IV. imp. filio suo tenerrimae aetatis Marchiam acquisiuit. Possem adeo numerum eiusmodi pactionum afferre, quae a Corradilege discessum, nec tutam illi fidem habitam a militibus esse, confirment. cf. **MONACHVS VVEINGART.** apud Leibnit. *rer. Brunsv.* T. I. p. 793. et 794. **SCHANNAT.** *Clientel Fuldens.* P. I. c. II. p. 4. et qui horum auctoritatem nobis laudauit S. **REU. HOMMEL.** *Oblect. iur. feod.* *Obf. XIII.* p. 83.

Supersunt tamen haud incerta veterum monumentorum vestigia, quibus ab eorum opinione, qui prorsus eam ab usu remotam esse contendant, fere abducimur.

Ipse



Ipse LAMBERTVS SCHAFNABVRG. ad an. c. lxxv.
p. 225. ex quo hausta est ista BAVERI commemoratio,
notanter adiecit: *filio haereditaria successione Marchia de-
bebatur.* Itaque, et si nullam ille legis Corradinae men-
tionem iniecit, LAMBERTI tamen testimonio vincitur,
filiis ius succedendi in feodis paternis, iam ante Hen-
ricum IV. Germaniae vsu esse concessum.

Quidni hoc repetamus a temporibus Corradi II. nisi
etiam ab antiquioribus? Is enim non introduxit filio-
rum nepotumque successionem, sed introductam con-
firmavit atque legitimam fecit. Insigne huius rei testi-
monium nobis seruauit NIC. ZYLLESIVS defens. Abbat.
S. Max. P. III. nempe constitutionem Henrici S. imper.
lauidatam ILL. HOMMELIO praelect. feod. c. X. §. IV. En
verba: *Constituimus præterea hoc et hac nostra impe-
riali auctoritate firmamus, ut si quis fortasse illorum aut
filii filiorum suorum, quibus bona et successiones S. Max.
beneficiamus, sine hacrede fuerit defunctus, beneficium,
vel quicquid ab eodem loco habere visus est, sub ius et do-
minium præfatorum sanctorum redeat.*

Igitur et ante Corradum præcipua filiorum in feodis
paternis nouo militi ornandis ratio habita, quod assatim
exemplis compluribus memini viros doctos ostendere.
Facile tamen Corradum generali aliqua lege de ea re pri-
mum statuisse decernas.

Quod si cui mirum videatur, ne minores quidem vas-
sallos beneficio huius legis semper post Corradi tempo-
ra vsls esse, ratio huius anomaliae forsan in eo posita,
quod plerique, si quod nouum feodum post eam legem
concederetur, ne legitima filiorum esset successio, sed
ut moriente vassallo beneficium ad dominum rediret,
aut singulari pactione cauebant, aut istam quoque legem
vnice

vaice ad feoda tum temporis, non et ad praedia post il-
lud clientibus concessa, pertinere arbitrabantur.

II.

Ceterum filiis tantum atque nepotibus, non reliquis
agnatis, prospedium est a Corrado. Audiamus cele-
bratissimae legis verba: *Præcipimus etiam, ut cum ali-
quis miles, siue de maioribus, siue de minoribus, de hoc
saeculo migraverit, filius eius beneficium habeat: Si vero
filium non habererit, et auiaicun*(i.e. nepotem)* ex masculo
filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, seruato vnu-
piatorum valuerum in dandis equis et armis suis senio-
ribus. Si forte auiaicum ex filio non reliquerit, et fra-
trem legitimum ex parte patris habererit, si seniorem of-
fensum habuit, et sibi vuli satisfacere, et miles eius effici,
beneficium, quod patris sui fuit, habeat.* Hinc appa-
ret, voluisse legislatorem, ut tum tantum defuncti mili-
tis fratri, si cum seniore offenso rediisset in gratiam,
integra in paterno feodo successio, cuius per similitates
cum domino exercitas usque exsors fuisset, etiam post
fratris interea possidentis fata daretur, neque restituendū
excluderet interpretationis calumnia, quasi non in
patris, sed in fraterno beneficio sic possetetur successio,
quae nulla Imperatorum lege sit admittenda.

III.

Quamvis vero confessi sumus, Corradi legem non
semper in Germania obseruatam fuisse, sensim tamen sensim
que non liberorum modo, verum etiam agnitorum in-
valuit in parentum beneficiis tractu que temporis ado-
leuit successio, et haec quidem vnu et obseruantia Cu-
riarum non secus, atque antiquior illa, magis e singularibus pactionibus ducta, quam scriptis legibus stabilita.

B

Quo-

Quoniam igitur de' successionis in feodo specie,
illius que in primis originibus scribimus, age, quas eius
caussas atque momenta tum legendo tum diuinando
assecuti simus, breui sermone expediamus.

Primum, cum Imperatores de' successione filiorum in regno firmanda cum populo agerent, antiquitus videmus vassallos vicissim filiorum suorum successionem in beneficiis paternis stipulatos fuisse, cuiusmodi mutuas conuentiones non paucas inde a Ludouici Pii aetate legitimis in historiarum monumentis commemoratas. Nec dubium, quin eadem occasione in liberorum utilitatem vti sint vassalli minores, vt pote quorum in eligendis regibus vel successore in imperio destinando consensus ad maiorum vassorum auctoratem accederet, et qui per hanc opportunatatem facile a ducibus et comitibus impetrarent, quod ipsi duces comitesque ab Imperatore.

Quin iuniorum etiam animos seniorum prudenter quisque illa spe successionis proposita studuit sibi adiungere. Ecquis dubitet, liberos viuis quoque parentibus hac interdum lege in clientelam receptos esse, cum nexus clientelaris soleret beneficij adeptiōnem antiquitus autecedere? Nihil deinceps aequius aut rei agrariae (cf. KRESSIVS de priuil. agricult. ap. Germ. S. II.) militari que consultius videbatur, quam e pluribus vassallis, qui feodium meruissent, defuncti maxime filio beneficium a morte patris vacare coeptum, ad fidem eius arctius adstringendam, ornare. Cui quippe et parentis memoria id munus multo, quam aliis, redditura esset acceptius, et a puero cognita fundi colendi ratio paterna que disciplina cum publicae rei emolumento etiam fructuosius. Istud quidem probatur ipsis Corradi II. exemplo. VVIPPO enim in eius

*eius vita apud PISTOR. p. 430. Militum, inquit, animos
in hoc multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum
nemini posteriorum auferre sustinuit.*

Multum etiam ipsa necessitas valuit, cum vassallo plures liberos relinquente, nec alia nisi feodalia bona, alendorum eorum onus cum ipsa militia salubrius in fratribus, quam in extraneorum personis posset coniungi. Verum hae tamen et similes causae non effecerunt, quod ne lex quidem Corradina in isto aliquo sui neglectu a nobis commemorato praestare potuit, ut successio liberorum ante seculum XII. in feodis fieret uniuersim legitima.

IV

Citius tamen filiorum nepotumque successio, quam agnatorum inualuit. Huius, agnatorum inquam, has maxime rationes atque origines comminiscor.

Quod si quis plures liberos reliquisset, hi omnes feodium acquirere et commune ius per inuestituram impetrare studuerunt, qui quidem in libris nostris *co*n*uestiti** appellantur. Videntur autem et extra Germaniam interdum inter se pac*t*i esse, ut possessio cum fructuum perceptione penes vnum; dominium, quod utile appellant, sive ius in feodo a domino datum, omnibus commun*e* haberetur. Cuiusmodi pac*t*orum exempla sunt diuisiones terrarum in familiis illustribus factae, saluo iure successionis, id est, saluo iure condonii utilis per communem inuestituram quaesiti. Vid. I. P. RINGERVM de pac*t*. ill. success. et nouissimam disputationem perdoctam Cl. VVENKII Hist. Alberti II. Austr. vbi Obs. I. p. 41. talium partitionum formulas in Augusta Austria gen*e*te reperies. Sunt, qui et ante tempora introductae agnatorum successionis diuersa de feodorum partitionibus*

nibus fuisse Langobardici iuris consilia a placitis Germanorum quoad commune dominium singularum partium earum que ex casu mortalitatis vel feloniae consolidationem stabiliendam existimant. Vid. imprimis ILL. BOEHMERVS *Obs. Iur. feod.* VIII. At, si quid video, una penes vtrumque populum iuris in feodo diuino vel seruandi vel amittendi ratio fuit, nempe possessionis sejunctio a dominio coniunctum impetrando, haud tamen, nisi consensu senioris, a noa possessuris tuto instituenda, donec ea res longo vsu perpetuam aliquam formam accepisset. Sed de his discriminibus alio tempore explicatius erit dicendum.

Naturale erat, ut si eius, qui primus feodium acquisiueret, filii communae inuestituram impetrassent, his talis de possessione a communi dominio separanda pactio in Curia non noceret, quin et ipsorum liberi, nepotes, pronepotes et deinceps eodem iure communis inuestiturae, dum in quoque mortalitatis casu tempestiuue renouaretur, possent vti. Ea vero renouatione vt non opus esset, alibi pacta cum dominis, alibi horum aduersas agnatos, qui quorumque maiores renouare inaugurationem neglexissent, indulgentia et inde profecta consuetudo effecit. Forte etiam agnatorum interesse visum non inuestiri, ne a singulis, et si haud possiderent, seruitia postularentur, vnicie ab eo praestanda, cui cum dominio vtili etiam possessio beneficij obtigisset.

Quod si tamen nec pactum, nec mos, neque domini singularis beatiuolentia agnato non inuestito succurreret, saepius evenit medio aeuo, vt a succedendi facultate excluderentur, inque clientelaribus Curiis exceptio diuisionum totalium opponeretur. Vid. ILL. BOEHMER.

MER. de feod. commun. diuis. §. V. obf. VIII. iur. feod. SCHIL-
TERVM dē simul. Inuest. Princ. Imp. cap. IV. §. VIII.
Consentientur in haec regula tradenda COMPILATO-
RES iuris feod. Al. c. III. §. III. et c. LXV. §. II. Francon. et
Caesar. in SENKENBERG. Corp. I. F. G. e. XXV. nostrique
Saxonici c. XXXII. Wenn sie sich aber theilen, so hat ihr
keiner kein Recht mehr an dem abgetheilten Gute. At-
que id ipsum ius Serenissimus Elector Saxo const. XLIX.
denuo confirmauit.

VI

Nescio, an gratia dominorum in admittendis procu-
ratoribus, qui inuestituram pro alio sustinerent, ad stabi-
liendum nouum genus successionis, nempe contra veter-
rem rationem et antiqua communis dominii per diuisionem
amittendi instituta, solo agnationis titulo conse-
quendae, hic illuc multum valuerit. Olim quidem va-
falli tum maiores, (cf. M O S E R I Process. supr. Senat. Imp.
Aul. P. III. c. IV.) tum minores tenebantur in suscipienda
inauguratione ipsi adesse, quodjin Curia imperii dū ob-
seruatum est. Huius etiam seculi anno sexto Carolum
Josephum, Lotharingiae ducem, inaugurationis benefi-
ciariae causa, notum est, in Curiam venisse.

Postea vero ne multis multorum itineribus ac sum-
tibus opus foret, minores maxime vassalli intuenerunt
hanc viam, vt, qui solas possessionem feodi consensu
ipsorum habiturus esset, is caeterorum agnitorum in re-
cipienda inuestitura procuratorem ageret, et vt ius com-
munis dominii emolumenta successionis mutuae com-
plexum omnia firmaretur, in que huius rei testi-
monium omnium singulorum que nomina, quos domi-
nus cum eo simul vestiuisset, diplomati inaugurationis
insererentur, curaret. Vid. CARPZOV. P. II. C. XLV.

ardot

B 3

Def.

Def. XXVIII. No. IX. Qui mos hodieque extra Saxoniam in Gallia atque alibi locorum perdurat, quamquam ad successionem agnatorum muniendam, vbiunque ea legitima habetur, non amplius necessarius.

VII

In multis tamen Germaniae beneficiis, multarumque illustrium gentium legibus, denique in Saxonia, quaqua patet, vniuersim simultaneae agnatorum inuestitutae necessitas usque permanxit. Qua de causa ORDINAT. SVMMI IUDIC. IMPER. AVL. Tit. III. §. XX. sancit: dass, in welchen Geschlechtern und Reichs-Kreisen die simultanea inuestitura hergebracht und im Gebrauch, dabey solle sie auch gehalten und derselben nachgelebet werden. Nec repetitionem eius omittit Tit. e. §. VIII. VVenn einer von den Belehnten, so in den Lehn-Briefen vermeld, verstorbt, solle die Belehnung wieder gereicht und erneuert werden.

Et quem fugit, Serenissimam Domum Palatinam non alio meliori modo ius succedendi in Bauaricis Palatinatus Rhenani portionibus sibi seruasse? v. INSTR. PACOSNABRVCs. Art. IV. §. V et IX. Neque enim in minoribus tantum feodis duravit passim antiquum ius, quod nullam agnatis in feodo successionem ex sola agnationis caussa largitur, verum maxime in beneficiis imperii. Adeat, qui velit exempla colligere, SCHILTERVM de simultanea Principum Imp. inuestit. cap. II. sq. ITTERVM de Feudis Imp. KOCHIVM de Expect. et euent. inuestitura. ILL. STRUBENIVM. Vindic. iur. Brunsuic. et Luneburg. in ducatum Saxo-Lauenburg. §. XIX. et in primis MOSER Process. Senat. Imp. Aut. Tit. III. cap. 4. §. 23. sq.

Nobis

Nobis satis sit ex historia Sax. nobilissima tantum
huius rei argumenta commemorare. Quis nescit,
stirpe Alberti Vrsi in Brandenburgis extincta non agnatos,
qui alibi superessent, sed Ludouicium Bauar. Mar-
chiam consecutum, Alberto VI. duce Saxon. mortuo
ducatum superioris Saxon. cum ipso Septemuiratu ab
Ascaniis ad Misniae Marchiones esse translatum, deni-
que in Lauenburgicis terris nouissime Anhaltinos non
successisse, quod inuestitura simultanea olim amissa sine
possessoris consensu Ipsiſ restituta esse ostenderetur.

Taceamus alia, cum res sit in promtu, atque ab ip-
sis principibus Ascaniae domus, quibus tanti constituit ius
feodorum non obseruare, in illustrissimis beneficiorum
e manu vassalli improlis ad Imperatorem, aut quos hic
expectare voluisset, ad hos deuolutorum exemplis tan-
tum non semper agnita. Cf. **ILL. STRV BENIVS** l. l.
§. XVIII.

VIII.

Etsi igitur certis argumentis statuimus, nunquam
apud Saxones legitimam extitisse agnatorum in feodis
successionem; nisi, quod a condominio per inuestitu-
ram seruando progenies primi acquirentis arceri non
debet, idcirco eos velis legitimos appellare: etsi etiam
rerum nostrarum sua aetate peritisimus vir, inclutus
AVCTOR IVR. FEOD. SAX. cap. XXI. et c. XXXII. di-
ferte pronunciet, neminem agnatorum, nisi successio-
nis spem simultaneae inuestiturae beneficio acquisuerit,
feodo, quantumuis aucto, potiri posse: sunt tamen,
qui in hac luce historiarum aliter sentiant, et simultaneae
inuestiturae necessitatem a tempore demum Friderici
bellicosi, quem aiunt hoc colore Septemuiratum obti-
nuisse,

nuisse, tum in publicis, tum in priuatis per utramque Saxoniam beneficiis vsu venire existimant. Primus omnium hanc cantilenam instituit IOL. PETR. LUDOVICVS de simult. inuest. nescio, an more suo. Sed facile aduersaria argumenta meo quidem iudicio possunt conuelli.

IX

Afferunt, ut opinionem confirment, vetustas clientelares litteras, quibus Principes harum terrarum nomina agnatorum in feodo successororum inseruerint absque vlla inuestiturae memoria, neque adeo hos tum temporis vere inuestiri, sed more populi ac vulgari loquendi consuetudine, quia agnati essent, id est, quia iure sanguinis commune in feodo ius et successionis emolumenntum haberent, inuestitorum vel simul inuestitorum nomine compellari fuerit. Id ex eo maxime apparere, quod apud exteroros quoque solemne sit, nomina agnatorum clientelaribus litteris sine vlla ipsorum inuestitura inscribere.

E quidem non inficias eo, in vetustioribus chartis de inuestitura principalium vassallorum apud nos prescriptis, quot quidem mihi legere contigit, non aliam mentionem fieri agnatorum, quam in exterorum talibus instrumentis reperias. Sed apud alias populos huius rei necessitas ab vsu recessit. Ostendant aduersarii, id item apud Saxones accidisse. Nihil inde efficitur, nisi hoc unum, possessorem feodi non suo tantum, sed etiam agnatorum nomine inuestitum fuisse, quibus forte indulatum esset a domino, ut militarem fidem per hunc communis feodi procuratorem reli-

giose

giose promitteret. Quod ante Friderici bellicosi tempora facilius puto, quam post illa permissum esse. Ab huius aetate vix nisi pro Principum personis atque vniuersitatibus et collegiis circa singulare priuilegium admissi ad sacramentum faciendum procuratores, qui mos deinde etiam lege firmatus. Vid. EDICT. FEOD. cl. 10 cc. LXIV. propos. tit. I. §. XII. et tit. III. §. I. II. Data etiam cuique vassallo, sive possideret, sive non possideret, acceptae inuestituree peculiariis professio, id quod haud vanis de caussis ipsi Vassalli efflagitasse videntur. Nam his sine dubio metum incusit Lauenburgicae domus fortuna, vt de repetenda inauguratione; de que certis eius rei argumentis in posterum magis essent solliciti. Accedebat, quam modo commemorauimus, sacrameuti ab uno quoque ipso dicendi necessitas, quae renouationem inuestituree omnium ab eo tempore oculis magis exponeret, cum antea in scriniis Curiarum et Parium coiuictitorumque pectoribus memoria eius delituisse.

X.

Quid vero? Pugna maioribus armis instruitur. Ipsa lex antiqua Saxonica ex historiis comitiorum refertur, quibus agnationis iura in feodis ex pacto prouidentiaque maiorum quaestis, si Dis placet, etiam absque inaugurationis ritu defendant, et a popularibus nostris vindicata olim ab iniuria Curiarum ostendant. Rem narrat VVERIUS chron. Dresden. p. 438. Nach Absterben Fridrichs des ersten im Jahre 1428. schrieben dessen hinterlassene Herren Soegne, Churfürst Friedrich der andere und sein Herr Bruder Sigismund einen

C

Land-

= = = = =

Landtag auf Ostern gen Leipzig aus. Auf diesem Conuente beklagten sich die Stände, dass DIE GE-SAMMTE LEHEN (i. e. simultanea inuestitura) denen GE-SCHLECHTERN (agnatis) wollte verweigert werden. Darauf erklärten sich die Fürsten, dass BRÜDER und VETTERN, so EINES HELMS und SCHILDES wären, zy-SAMMEN belehnet werden sollten. Viden', aiunt, recen-tes esse; quae ad agnatorum in feodis successionem ne-cessaria est, simultaneae inuestituae origines? Quid clarius hoc de iure agnationis in beneficiis a communi parente acquisitis testimonio? Quibus luculentioribus notis origo huius simultaneae inuestituae toties repetendae, qua nunc vtimur, exprimi potuisset? Scili-ctet vt et Princeps in sua opinione perseverare, et vnu-squisque vassalus vel in eam absque familiae suae iniuria abire posset, vel de agnationis etiam iure feodali non adimendo securior esse, pacti sunt, vt in poste-rum cum ipso cliente principali coniunctim inuer-tirentur.

Sed mehercle! acutum vident et nouum e VVe-kianis tabulis verborum atque conuentionum sensum extricant. Sane in his non agitur de succeſſione agnato-rum in feodis stabilienda. Sed conquisti erant vassalli de inuestitura illis denegata, vbi a possessione beneficii faluo iure condominii vtilis a parentibus hereditate ac-cepti per que inaugurationem seruati vel conseruandi in pactis familiae erciscundae sese abstinuissent. Hos itaque nihil ominus in posterum se de feodo paterno autoque inuestituros esse, Principes sponderunt.

Mirum,

Mirum, in contrariam opinionem detrahi potuisse viros doctos. Nisi ipius dominii utilis conseruatio ab agnatis in feudo successuris etiam ante Fridericum II. necessario per inuestituram facta ostendi debuisset, qui putas tam potentes Ascaniae propaginis principes passuros fuisse, ut hac de re nulla fieret mentio in grauissimis de Electoratu Brandenburgico ac Saxonico aetate Ludouici Bauari, Caroli IV. Sigismundi Imperatorum controuersiis.

Nihil dicam de aemulationibus principum, extinta Vitebergense Ascaniorum familia cupientium in hac parte terrarum ipsoque Electoratu succedere.

In his erat ipse Lauenburgus Ericus V. in quo causae fiducia tanto maior apparuit, quanto minus ipse veritus, viuo adhuc Alberto III. Electoris Saxonici titulum per arrogantiam usurpare. Vid. SCHEIDIT lib. de Nobilit. germ. p. 374. Ille vero, reiecta petitione Septemviratus a Sigismundo imperatore, num inuestituram simultaneam, cuius solius iure destituebatur, superuacaneam esse afferuit? At tantum abest, ut agnationis iure sustinuerit occupare terras Electoris, ut potius chartas an. c. 10 cccxix. mentitas proferret, quo se de iis simul inuestitum esse iudicibus approbaret. Vid. HORTLEDER. de caus. B. G. I. IV. c. XXIII. et XLIII. LVNIGII Arch. Imp. Re cognita, cum tabulae falsae iudicarentur, vixus vel suo iudicio, vtpote qui nullam aliam successionis causam asserre posset, spem omnem abiecit, et veram ex antiquo more necessitatem condominii per inuestituram seruandi popularibus atque posteris comprobauit. Coecus sit, qui in hac falsorum instrumentorum fabrica, quam tandem abiecta spe detrahendi in Principis sui partes Augustum professi sunt ipsi artifices,

fices, qui, inquam, omnium, quibus iura sua tuenda Ericus commiserat, quin ipsius Principis atque Imperatoris publicum testimonium de agnatorum successione in feodis per Saxoniam exule non agnoscat. Adde ea, quae habent *HORNIVS vit.* *Frider. bellic. Sct. V. §. II.-IV,* et *ILL. STRUBENIVS in laud.* *Vindic. iur. Bruns.* et *Luneb. in duc. Sax. Laubrg. §. XIX.*

Nec nouum hoc magnae iacturae ob non petitam inuestituram exemplum erat in gente Ascania. Quem enim latet, Ludouicum Bauarum, cum istius florentissimae propaginis ultimus in Brandenburgis Elector e vita discessisset, agnatis eadem de causa exclusis, filio suo, Ludouico Seniori, an. clo cccxxii. concessisse Septemuiratum. Vid. *GIOVANNI German. Princp. L. II. c. II.* At Ascanios ipsos cognitam habuisse communis inaugurationis necessitatem fassosque esse, se illa neglecta non posse de admittae successionis iniuria conqueri, liquet ex eo, quod simultaneam inuestituram consequi studuerunt a Carolo IV. Imperatore. Cf. *BECMANNI hist. Anhalt. P. V. L. I. c. VI. §. VIII. IX.*

XI.

Illud tralatitium est, simultaneam hanc inuestituram ab illa, qua consequendi iuris realis causa expectantes non nunquam potiri solent, et quae secus, ac communis Saxonum manus, renouatione ad vim suam exferendam non indiget, vehementer differre.

Vtriusque vero differentias cum *BAVERVS de orig. et prog. com. Sax. man. ILL. HOMMELIVS Oblect. iur. feed.* alii que singularibus libris praecclare expouserint, supercedeo enarrare, et quanquam lubentissime

me lego tantorum virorum vestigia, ipsorum nihilo minus tamen scriniis expilandis non immoror.

Non tamen mihi tempero, quin locum ex ORDINATIONE PROVINCIALI ANHALTINA tit. XVI. subiiciam, quo, nescio, an illa alia lex, quibus vicibus simultanea nostra inuestitura repeti debeat, in tanta editorum de ea re multitudine distinctius exprimat. En definitionis verba: *Im widrigen Fall aber, und da Iemand ohne erhebliche Ursachen, solche Zeit versäumen und insonderheit der gesammten Hand nicht selbst mit gebührlicher Anhaltung und Pflichtleistung rechte Fölge thun würde, derselbe soll des Lehns und der gesammten Hand verlustig erkannt werden.* -- Vnd zwar weil in vnserm Lande die simultanea inuestitura des alten Sachsen-Rechts hergebracht, so muss derselben Renovation gesucht werden, so oft entweder der Lehnsherr, oder der Lehnmann, der das Guth in wäreklichem Poffess gehabt, verstorbt, wenn aber der simultaneus inuestitus, welcher das Lehn in Besitz nicht hat, mit Tode abgehet, seynd desselben Soehne, die gesammte Hand zu suchen nicht verbunden.

Wenn sichs auch zutrüge, dass zwey, drey, oder mehr Brüder mit einem Mannlebne belichen, dieselbe auch insgesamt solches ungetheilt besäßen vnd gebrauchten, und aber einer von solchen Brüdern, ohne männliche Leibes-Erben verstorbe, sollen die überleben-

de


de über des Verstorbenen An-Part de nouo die Lehn zu suchen nicht gehalten seyn, sondern nur uns, als deren Lehenherren den Todesfall zu notificiren haben. Es soll aber auf solchen Fall auch denen Vassallen frey stehen, einen Lehnträger vorzustellen, und soll die Renouation der Lehen nicht eher, als nach des Lehenherren, oder des Lehenträgers Todesfall gesucht werden. Sonsten aber wird durch die Theilung der Lehn die gesammte Hand dergestalt gebrochen, dass einer an des andern Theil dieselbe von neuen suchen muss, wenn er derselben nicht verlustig seyn will.

Ch.

ULB Halle
004 997 506

3





B.I.G.

25.2.81.
1770, 52.
**DE ORIGINE ET NATVRA
COMMVNIS SAXONVM MANVS**

ILL. I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

IOH. THEOPHILO SEGERO

LEGVM ET PHILOS. DOCT. SUPREMAE CVRIA
PROVINCIL ITEM COLLEGII QVOD DE IVRE
RESPONDET ASSESSORE TITVLOR. DE
V. S. ET R. I. ANTECESS. ORD

D. XXII. DEC. CIO ID CC LXX

H. L. Q. G

D I S P U T A B I T

A V C T O R

HENRICVS THEODORVS KVNZEL
EPISCOPOVERDENS

L I P S I A E
EX OFFICINA VVALTHERIA